






THE LIBRARY  
of  
VICTORIA UNIVERSITY  
Toronto





AUTOLYCI  
DE SPHAERA QUAE MOVETUR  
LIBER  
DE ORTIBUS ET OCCASIBUS  
LIBRI DUO  
UNA CUM SCHOLIIS ANTIQUIS  
E LIBRIS MANU SCRIPTIS EDIDIT  
LATINA INTERPRETATIONE ET COMMENTARIIS  
INSTRUXXIT  
FRIDERICUS HULTSCH.



LIPSIAE  
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.  
MDCCCLXXXV.

VASO

AUSTRALIA

AUTOLYCI

DE SPHEREA OVAE MOLITORI

LITER

DE ORBIBUS ET OCCUBIBUS

LIBRI PRO

EX CEREMONIA AUTOLYCI

LIPSIÆ HANU SEQUITIS EDITI

PARISIENSIS LIBRARIÆ EXCELSIORÆ

1850.

EDITIONIS TERTIORIS



*2571*  
*508.*

MAURITIO CANTORI  
EDUARDO HILLERO

S.



## PRAEFATIO.

---

Autolycum Pitanaeum ex Aeolide, mathematicum, Arcesilai adulescentis, qui cum eo Sardes migraverit, praceptorum fuisse Diogenes Laertius tradit libro IV (6, 28 sq.). Floruit igitur Autolycus ea fere aetate, qua Alexander Magnus regnum obtinuit, et aequalis fuit Aristoteli seni ac, nisi forte extremis suae vitae annis Arcesilaum instituit, usque ad exitum quarti vel ad initia tertii ante Chr. n. saeculi aetatem produxit<sup>1</sup>). Nam Arcesilaum,

1) Th. Henricus Martin in censura quam egit de Autolyci propositionibus ab Hochio editis, *Revue critique d'histoire et de littérature, onzième année, premier semestre, nouvelle série, tome III*, Parisiis 1877, p. 409 sq. haec de Autolyci aetate scribit: *Suivant Diogène de Laërt, Autolycus, mathématicien grec, de Pitane en Asie mineure sur la côte d'Eolide, eut pour disciple le philosophe Arcésilaüs de Pitane, qui ensuite entra dans l'école de Théophraste, ouverte à Athènes vers 322 avant J.-C. lors de la retraite d'Aristote, et qui en sortit tout jeune encore, νεαρίσκος (ib. IV, 30); et pourtant Arcésilaüs était dans la force de l'âge, ἥπαρξε, vers 298 (ib. IV, 45).* C'était donc probablement dès 322 environ qu'il avait quitté Autolycus pour Théophraste. Par conséquent, Autolycus enseignait vers 322. Il était donc antérieur au célèbre géomètre Euclide, qui... florissait sous Ptolémée Soter, mort en 283. C'est donc à tort que Mohammed ben Ishak (cité par Wenrich *De auctorum graecorum versionibus... syriacis, arabicis etc., p. 209, Leipzig, 1842, in - 8°*) attribue seul à Autolycus un commentaire sur les *Éléments d'Euclide*. Conf. etiam eundem in *Mémoires de l'Institut national de France, Académie des inscriptions et belles-lettres, tome XXX, première partie, 1881, p. 271 sq.*, Rud. Wolf, *Geschichte der Astronomie*, Monaci 1877, p. 113—115, Maur. Cantor, *Vorlesungen über Geschichte der Mathematik*, vol. I, Lipsiae 1880, p. 380. 311.

postquam Autolycum Pitanae et Sardibus audivit, Athenas se contulisse ibique primum Xanthi musici, tum Theophrasti, qui Aristoteli successit, scholas adiisse, denique in Academiam ad Crantorem transiisse idem scribit Diogenes.

Antiquissimus igitur Autolycus est eorum virorum mathematicorum, quorum scripta ad nostram aetatem pervenerunt; proximi autem ab Autolyco sunt Euclides et Archimedes.

Autolyci theorematata duodecim percenset Pappus Alexandrinus libro VI<sup>2</sup>), atque hoc quidem loco, ut in re omnibus qui ea legant satis nota, titulum libri, quo illa theorematata contineantur, commemorare supersedet, et rursus alio loco (pag. 612, 15) librum περὶ κινούμενης σφαίρας citat non addito auctoris nomine. Sed et Autolyci esse hunc de sphaera quae movetur librum et illa ipsa quae Pappus percensuit duodecim theorematata eo libro tractata esse codicum manu scriptorum qui hodieque existant testimonio satis constat.

Ioannes Philoponus in Aristotelis physicae auscultationis librum II<sup>3</sup>), postquam Theodosii sphaericorum rationem breviter exposuit, qui χωρίσας πάσης οὐσίας τὸ σφαιρικὸν σχῆμα οὕτω τὰ συμβαίνοντα αὐτῷ ἐπισκέπτεται, ὅτι ἔαν σφαῖρα ἐπιπέδῳ τηλθῇ κύκλου ποιεῖ, καὶ ὅσα ἄλλα, Autolycus, inquit, περὶ κινούμενης σφαίρας, γράψας καὶ ὅσα συμβαίνει τῇ κινούμενῃ σφαίρᾳ, μερικῶτερός ἐστι τοῦ Θεοδοσίου καὶ μᾶλλον τῷ φυσικῷ προσεγγίζων.

2) Pappi Alexandrini collectionis quae supersunt e libris manu scriptis edidit Latina interpretatione et commentariis instruxit Frid. Hultsch, Berolini 1876—1878, vol. II p. 518, 15—524, 24.

3) Scholia in Aristotelem collegit Christ. Aug. Brandis, ed. Academia regia Borussica, Berolini 1836, p. 348<sup>b</sup> (in Aristot. φυσ. ἀν. β' p. 193<sup>b</sup>, 25).

Librum περὶ κινοῦμένης σφαιρᾶς, Autolyci scilicet, laudat etiam scholiasta ad Pappi collectionem (p. 1180, 21).

Libros duo περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων et hi codices manuscripti, de quibus statim dicturi sumus, et ceteri, quotquot innotuerunt, Autolyco tribuunt. Libri primi ‘περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων’ theoremata duo citantur in scholiis nostris p. 132.

Longiore disputatione Simplicius ad Aristotelis de caelo librum II<sup>4)</sup> demonstrat varias sphaeras caelestes quibus planetae ferantur, a nonnullis viris mathematicis ea ratione descriptas esse quae ἡ διὰ τῶν ἀνελίττουσῶν σφαιροποιῆς vocatur, sed neminem mechanicis eiusmodi imitationibus mundi servare potuisse veras astrorum in caelo apparitiones et cursuum quibus ferri videantur rationes: οὐ μὴν αἱ γε τῶν περὶ Εὔδοξον (σφαιροποιῆαι) σώζουσι τὰ φαινόμενα, οὐχ ὅπως τὰ ὑστερον καταληφθέντα, ἀλλ’ οὐδὲ τὰ πρότερον γνωσθέντα καὶ ὑπ’ αὐτῶν ἐκείνων πιστευθέντα. καὶ τί δεῖ περὶ τῶν ἄλλων λέγειν, ὃν ἔνια καὶ Κάλλιππος ὁ Κυζικηνός, Εὔδοξον μὴ δυνηθέντος, ἐπειράθη διασῶσαι, εἴπερ ἄρα καὶ διέσωσεν; ἀλλὰ αὐτό γε τοῦτο, ὅπερ καὶ τῇ ὄψει πρόδηλόν ἐστιν, οὐδεὶς αὐτῶν μέχρι καὶ τοῦ Αὐτολύνου τοῦ Πιταναίου ἐπεβάλετο διὰ τῶν ὑποθέσεων ἐπιδεῖξαι· καίτοι οὐδὲ αὐτὸς Αὐτόλυκος ἡδυνήθη· δηλοῖ δὲ ἡ πρὸς

4) Scholia in Aristotelem coll. Brandis p. 498—504 (in Arist. περὶ οὐρανοῦ β' p. 293<sup>a</sup>, 4). Verba Simplicii quae supra exscripsimus leguntur apud Brandisium p. 502<sup>b</sup>, 7—16. Totum locum interpretatus est G. V. Schiaparelli in commentario qui inscribitur *Le sfere omocentriche di Eudosso, di Callippo e di Aristotele*, qui commentarius, postquam Mediolani prodiit anno 1875, in Germanicum sermonem conversus est a W. Horn in *Zeitschrift für Mathematik und Physik, Supplement zur historisch-literarischen Abtheilung des XXII. Jahrgangs*, Lipsiae 1877, p. 101 sqq. 182 sqq. Praeterea de sphaerarum ἀνελίττουσῶν rationibus conf. Martinum in *Mémoires de l'Institut, tome XXX, première partie*, 1881, p. 193—195. 256—264.

*Ἀριστόθηρον διαφορά. ἔστι δὲ ὁ λέγω τὸ ποτὲ μὲν πλησίον, ἔστι δὲ ὅτε ἀποκεχωρηκότας ἡμῶν αὐτοὺς φαντάξεσθαι.* Postquam igitur interpres Aristotelis copiosissimus de mechanica sphaerarum imitatione ac de variis quibus motus planetarum explicantur rationibus disseruit, ad aliud argumentum transgrediens neminem usque ad Autolyci aetatem docet potuisse demonstrare, quomodo fieret, ut planetae, id quod ipse oculorum adspectus ostenderet, modo proprius ad nos accederent, modo remotiores conspicerentur. De hac igitur quaestione ab Autolyco contra Aristotherum disputatum est<sup>5)</sup>), argumentis inquam et demonstrationibus, non sphaerae caelestis imitatione, quae aliena est ab hoc quidem loco.

Sed quoniam fuerunt tamen, qui eiusmodi sphaeram ab Autolyco fabricatam esse existimarent<sup>6)</sup>), monet me ista opinio, ut simili de re pauca adiiciam. Videtur enim ex ipsis Autolyci instituto sphaera circa axem suum mobilis iis ad manus fuisse qui scriptoris theorematata et sphaerica et ea quae sunt de ortibus occasibusque pertractarent. Quae sive nigra fuit, creta vel simili materia, sive alio pigmento tincta fuit, rursus diverso aliquo colore eae lineae, quae ad singula theorematata opus essent, cum

5) Conf. Schiaparellium l. c. p. 195, Th. H. Martinum in *Revue critique* l. c. p. 410, eundem in *Mémoires de l'Institut* l. c. p. 271 sq. In iis quae Schiaparelli primo adnotaverat, triennio autem post emendavit, remanet tamen error interpretationis Graeci verbi *δῆλοι*. Nimurum quae supra exscripsimus *καίτοι οὐδὲ αὐτὸς Αὐτόλυνος* cet. significant ne Autolycum quidem id de quo agitur demonstrare potuisse, hoc enim ex controversia, quam in Aristotherum instituit, apparere.

6) Fabricius in *Bibliotheca Graecae* libro IV cap. XVI (olim XIV), vol. V p. 299 ed. Harles., Henricus Aug. Schiek *Ueber die Himmelsgloben des Anaximander und Archimedes*, programm. gymnasii Hanoviensis, 1843, p. 32 sq. (de Archimedis globis caelestibus altera particula eodem auctore prodiit Hanoviae 1846).

suis notis geometricis ducebantur. Itaque cum sic verae circulorum, qui sunt in sphaera, descriptiones quasi ex ipsa rerum natura repetitae in conspectum discipulorum prodirent, minores relinquebantur earum figurarum difficultates, quae praeterea ad verba scriptoris in charta depingendae erant. Has enim quodammodo in planum explicatas exhibuit Autolycus, nihil in eo opere curans nisi hoc, ut linearum ac notarum ordines ac mutuae inter se complexiones perspicerentur. Tales igitur figurae non nullae in codicibus ad hanc usque aetatem propagatae sunt, quarum de ratione nos ad libri de sphaera propositiones 2 (pag. 8), 5, 6, 8, 9, ad libri de ortibus et occasibus primi propositionem 10, secundi propos. 4 (pag. 114), quaedam adnotavimus.

Autolyci libros inter antiquissimos praestantissimosque refert Iosephus Auria<sup>7)</sup>, eosque e tenebris, in quibus tot annos, nescio quo fato, misere iacuerint, a se vindicatos esse non iniuria gloriatur. Sed tamen, postquam Auria eos libros in Latinum sermonem conversos edidit, rursus tria fere saecula intermissa sunt, quibus ipsae Autolyci demonstrationes, Graeco scilicet sermone conscriptae, usque in tenebris latuerunt. Quocirca cum nuper Autolyci libri, ut Pappi librum VI recte edere possem, Romae a me describebantur e codice Vaticano Graeco CXCI<sup>8)</sup>, simul in publicum usum illos mathematicae doctrinae insignes thesauros convertere instituebam. Sed cum Pappi collectionem absolvisset, veterum mensurarum ac ponderum rationes secundis curis exigendae erant aliaque quaedam opuscula pertractanda. Itaque non prius quam illud

7) Autolyci de vario ortu cet. (plenum titulum infra exhibebimus), in praefatione quae inscripta est INTERPRES LECTORI S.

8) Conf. praefationem in Pappi volumen II p. VII sq.

Horatianum *nonumque prematur in annum* verbo tenus, ut aiunt, evenit, Autolyci libri de sphaera et de ortibus occasibusque, anno huius saeculi LXXVI Romae executi coepti, anno autem LXXXIII Parisiis ex bibliothecae publicae copiis emendati ac scholiis instructi, nunc demum in lucem prodeunt.

Quoniam a nonnullis viris doctis, quos infra laudabimus, solae propositiones Autolyci editae sunt, dubitatio quaedam exorta est, num demonstrationes etiam, id quod summum est in omni opere mathematico, adiecerit Autolycus, aut, si quae adiectae fuerint, utrum ab hoc ipso, an forte ab alio recentiore scriptore compositae sint. Quin etiam scholia dicere coeperunt pro demonstrationibus<sup>9)</sup>, quamvis diversa illorum ratio ab his esse soleat. Quibus de opinionibus non opus est plura dicere: omnium, quorum ea perquirere interest, usui iam patent Autolyci et propositiones et illae quas ipse addidit demonstrationes accuratissimae et copiosissimae; denique etiam scholia antiqua plus ducenta exstant, ac plurima quidem ex Graecis codicibus in lucem a nobis prolata, pauca autem in Graecis nondum reperta, sed tamen ab Auria Latino expressa sermone.

Atque ipsius quidem Autolyci demonstrationes hoc quod edimus volumine contineri nostro iure contendere

---

9) Ricardus Hoche in praefatione ad Autolyci propositiones codice Hamburgensi *Autolycum cum scholiis adiectis*, tum codice Monacensi eiusdem περὶ οὐρανομένης σφαιρᾶς libellum *cum iisdem quae in cod. H. leguntur scholiis* contineri scribit. Similiter Martinus l. c. p. 411 laudat Auriae interpretationem, comprenant en latin les scholies grecques que ces manuscrits fournissent, et paulo post secundum Hochum les deux opuscules d'Autolycus avec les scholies grecques commemorat. Idem tamen p. 413 iure suspicatur in illis quae Hochius dixit scholiis demonstrationes, quibus ipse Autolycus propositiones suas confirmaverit, latitare.

videmur. Scilicet nemini eorum, qui adhuc scriptorum mathematicorum propositiones cum suis demonstrationibus uno tenore compositas et sic in libris manu scriptis conservatas publici iuris fecerunt, hoc insuper munus impositum est, ut demonstrationes, id est totius operis partem et copiosiorem et graviorem, ab eodem auctore, quem propositiones scripsisse inter omnes constaret, profectas esse convinceret. Quid, quod ipsum dicendi genus germanam antiquitatis speciem atque incorruptam p[ro]ae se fert? Si quibus theorematis singulae demonstrationis partes subnituntur, ea aut omnino non citantur aut ipsa theorematis verba repetuntur, neque usquam auctor theorematis aut nomen libri aut numerus propositionis afferuntur: haec autem omnia vetustissimae dictionis mathematicae propria esse satis constat. Accedit fusum fere et prolixum dicendi genus, idem tamen, omissis mediis quibusdam demonstrationis membris, passim etiam hiulcum; accedit testis antiquitatis nativa verborum simplicitas ac tenuitas, qualis decuit illa mathematicae disciplinae quasi incunabula.

Sed forte dixerit quispiam Theodosii sphaerica in his de quibus agitur demonstrationibus aliquotiens citari; ergo post Theodosium demum, qui primo ante Chr. n. saeculo vixerit, scriptas esse demonstrationes; alienas igitur easdem esse ab Autolyco, tribus fere saeculis antiquiore. Ad eam quaestionem in simili arguento accessit J. L. Heiberg, auctor in omni huius doctrinae genere locupletissimus<sup>10)</sup>, ac mihi quoque pauca, quae ad eam rem pertinerent, nuper commemorata sunt<sup>11)</sup>. Nimirum Euclidis etiam in

10) *Litterargeschichtliche Studien über Euklid*, Lips. 1882, p. 43—47. Hunc Heibergii libellum posthac, ubique eius citandi occasio redibit, breviter *Studia Euclidea* vocabimus.

11) Λήμματα εἰς τὰ σφαιρικά in Fleckeiseni annalibus

phaenomenis nonnulla theoremata, quae nunc in Theodosii sphaericis leguntur, citata deprehendimus neque tamen ob eam causam abiudicamus phaenomena ab Euclide auctore Immo sphaericorum libri ante Euclidem fuerunt, quibus ille usus est, quosque duobus post saeculis Theodosius in eam formam redegit, quae ad nostram usque aetatem est tradita. Atqui si ante Euclidem fuerunt sphaerica, num incredibile est ante Autolycum quoque eadem fuisse? Ne multa, nunquam Autolycus in animum inducere potuit de sphaera quae movetur aut de ortibus et occasibus ex artis mathematicae regulis libros componere, nisi iam in manibus fuissent sphaericae doctrinae elementa, ratione geometrica demonstrata. Quae sphaerica vetustissima quisquis composuit<sup>12)</sup>), eundem fere theorematum ac demonstrationum ordinem tenuit, qui ex Theodosii sphaericis nobis est notus, ac simili etiam scribendi genere usus est. Non negaverim equidem nonnulla Theodosium suo ingenio addissem, pauca etiam emendavisse; sed in plerisque illa quae dicimus antiquissima sphaerica simillima fuerunt his recentioribus quae sub Theodosii nomine feruntur. Nam Euclidem in phaenomenis usum esse sphaericorum libri primi theorematiis quattuor, secundi octo, tertii uno demonstrat Heibergius eo quem laudavimus loco; atqui ad haec ipsa theorematata demonstranda rursus alia necessaria fuerunt, quae in iisdem sphaericorum libris inveniuntur; ergo plura etiam quam haec tredecim, quae statim enu-

(*Jahrbücher für classische Philologie*, Leipzig, Teubner), 1883, p. 415—420. Ibi de sphaericis, quibus Autolycus usus sit, diximus p. 416 adn. 6. Et conf. eosdem annales, 1884, p. 367 sq.

12) Ab Eudoxo Cnidio sphaerica scripta esse praeter Heibergium (l. c. p. 46) suspicatur etiam Paulus Tannery litteris mense Septembri anni 1883 ad me missis: *J'ai été joyeux de vous voir émettre l'opinion que les Sphériques de Théodore représentent un ouvrage antérieur à Archimède et à Autolycus. On ne peut guère, je crois, penser qu'à Eudoxe.*

meravimus, in antiquioribus sphaericorum libris iis fuerunt quibus Euclides usus est. Et simili argumentatione ex Autolyci demonstrationibus formam quandam illorum sphaericorum licet restituere.

Verum alia quoque in Heibergii studiis Euclideis occurrit similitudo, quae ad hanc de Autolyco disputationem apte transferatur. Nam ut in phaenomena irrepserunt nonnulla recentiorum interpretum supplementa, ita non omnia quae nunc in Autolyci libris manu scriptis leguntur eadem prorsus forma qua ad nostram aetatem pervenerunt olim ab ipso composita sunt. Velut in demonstrationibus quae exstant ad libri primi περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων theorematha 8 et 10 non semel ὀραθήσεται, at in ipsa propositione undecima et in ea quae sequitur demonstratione ubique ὀφθήσεται legitur<sup>13)</sup>). Iam cum eundem scriptorem has formas longe inter se diversas eadem in inscriptione promiscue admisisse vix credibile sit, atque illud ὀραθήσεται posteriore demum aetate e vulgari dicensi usu in litterarum monumenta sit translatum<sup>14)</sup>), theorema undecimum, in quo vetustior forma ὀφθήσεται legitur, integrum ex Autolyci aetate extare, contra illae quae ὀραθήσεται exhibent demonstrationes a scriptore aliquo, qui uno pluribusve saeculis post Autolycum fuit, in hanc quam nunc legimus formam redactae esse videntur. Atque in demonstrationem, quae decimum eiusdem libri

13) Vide p. 78, 19. 90, 3 et 19. 92, 9. 94, 7 et 16. 96, 8 et 12.

14) Primum qui ὀραθήσεται scripsit citant Galenum περὶ χρείας τῶν ἐν ἀνθρώπου σώματι μορίων libro X, vol. III p. 820. 822 ed. Kühn. Quamquam aoristus ἔωράθην inde ab Aristotelis aetate in usum venire coepit. Conf. R. Kühner, *Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache*, edit. II, vol. I p. 881, W. Veich, *Greek verbs, new edition*, Oxoniae 1879, p. 495. Aristotelem ipsum aoristi formis modo ὀφθῆ modo ὀραθῆ ac similibus usum esse docet Hermannus Bonitz in indice Aristotelico p. 520.

theorema sequitur, insuper inculcatum est lemma quoddam recentius (p. 92, 10—94, 5), cuius scriptor, quasi sit ipse Theodosius Tripolita, τούτῳ γάρ, inquit, ἐχρησάμεθα καὶ ἐν τῷ περὶ οἰκήσεων. Denique in demonstrationibus theorematum 12 et 13 passim occurrit conclusionis formula καὶ τοίνυν, aliena a vetustiorum scriptorum usu.

Ergo sub finem primi de ortibus occasibusque libri nonnulla interpolata esse satis constat; at vero alia, quae ipse Autolycus eo loco adiunxerat, periisse videntur, si quidem recte ab interprete quodam citatur primi libri theorema decimum quintum<sup>15)</sup>), id est secundum post illud quod in nostris codicibus est ultimum.

Secundi libri de ortibus in decimo ac proximis theorematis quaedam insolito more composita esse commemoravimus p. 135 adn. 3.

Contextum Graecum, qui hoc volumine continetur, non solum scholiis antiquis, sed etiam continua interpretatione Latina adnotationibusque nonnullis illustravimus. Necesse autem esse Graecorum scriptorum mathematicorum verbis addi versiones Latinas, cum et alioquin constaret et editionibus Archimedis, Euclidis, Pappi, quae Heibergio et nobis auctoribus prodierunt, satis probatum esset, nuper de Autolyco edendo disserens confirmavit M. Curtze, vir in omni doctrina mathematica versatissimus<sup>16)</sup>). Ac rationem interpretandi eandem fere quam nuper in Pappi collectione tenuimus, et Graecis verbis accurate exprimendis et sententiis formulisque perspicue conformandis sedulo, quantum in nobis erat, intenti. Itaque, ne hoc silentio praetereamus, ex recentiorum usu Graecam περιφέρειαν,

15) Vide p. 132 σχόλιον με, p. 133 adn. 5.

16) Jahresbericht über die Fortschritte der classischen Alterthumswissenschaft herausgeg. von C. Bursian, vol. XI, 1877, p. 210.

id est partem aliquam totius circuli circumferentiae, Ernestum Nizze, Theodosii interpretem, secuti plerumque arcum interpretati sumus; sed in libro de ortibus secundo circumferentiam dicere aptius visum est.

Iam quoniam princeps haec Autolyci scriptorum, quotquot supersunt, in lucem prodit editio, operae pretium esse videtur, quibus rerum vicissitudinibus quasi iactatae fuerint praeclarissimi scriptoris reliquiae, paucis exquirere.

Primum enim Autolyci libri in Latinum sermonem ex codice aliquo Graeco, ut videtur, verbo tenus conversi neque uspiam emendati, passim vero mutilati atque etiam auctoris sui nomine destituti, Venetiis anno MDI prodierunt in priore volumine operis quod inscribitur

Georgii Vallae Placentini viri clariss. de expetendis et fugiendis rebus.

Cuius operis libro XVI sive Astrologiae libro I, cap. II, quaternionis cc folio primo verso incipit tractatus: *De sphaerae mobilitate. Sphaerae puncta aequaliter ferri dicuntur quaecunque aequali tempore aequales ac similes praeter eunt magnitudines cet.*, quae sunt Autolyci περὶ κινουμένης σφαιρᾶς, usque ad verba: similiter demonstrabimus quod nequidem aliud aliquod praeterquam e. igitur e. punctum centrum sphaerae est, et est in utroque abc. orbium maximus ergo est uterque abc. cbd. orbis, quae respondent extremo contextui Graeco eiusdem libri. Sequuntur folio III verso haec: *De ortu et occasu siderum. Stellarum non errantium ortus et occasus alii dicuntur veri, alii apparentes* cet., quae conversa sunt ex Autolyci περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων libro primo. Sed octavam Autolyci propositionem apud Vallam sequitur duodecima eademque extrema; omissee igitur sunt propositiones nona, decima, undecima, tertiadecima. Sequuntur alia theorematata quae respondent Autolyci secundi libri propositionibus septem prioribus;

tum folio eiusdem quaternionis VI recto inde a verbis *Acceptis sub signifero in occasus ad meridiem cet.* eiusdem libri propositiones tres extremae Latino sermone expressae sunt, omissae autem illae quae mediae in Graecis leguntur, scilicet octava usque ad decimamquintam. Sequitur eodem folio verso tractatus qui inscribitur ‘*De signorum progressu dimensio. Si fuerint quotcunque termini in excessu*’ cet.

Autolyci libri de sphaera propositiones sine demonstrationibus suis Messanae prodierunt anno MDLVIII in volumine quod inscribitur

Theodosii sphaericorum | elementorum libri. III. | Ex traditione Maurolyci Messanensis Mathematici. | Menelai sphaericorum lib. III. | Ex traditione eiusdem. | Mavrolyci sphaericorum lib. II. | Autolyci de sphaera, quae moveatur | Liber. | Theodosii de habitationibus. | Euclidis phaenomena | Brevisse demonstrata. | ..... Maurolyci de Sphaera sermo. |

Incipit Autolyci de sphaera quae moveatur, *Ex traditione Mavrolyci, liber* folio 61 recto, unde pertinet ad fol. 62 rectum<sup>17)</sup>. Convertebat autem Franciscus Maurolycus, abbas Messanensis, has Autolyci propositiones e libro Arabis Zin-Eddin-Abhari, non e Graeco aliquo codice<sup>18)</sup>. Maurolyci interpretationem Parisiis anno 1644 repetivit Marinus Mersenne in ea quam edidit *Universae geometriae mixtaeque mathematicae synopsi* p. 243—246.

Primum Autolyci propositiones non solum Latino, sed

17) Maurolyci libri quamvis typis olim expressi exempla nunc multo rariora sunt quam Autolyci codices Graeci manu scripti. Nos Monacensis Bibliothecae regiae exemplo usi sumus, quod uno eodemque volumine continetur cum Bongi mystica numerorum, quo quidem titulo totum volumen obsignatum est.

18) Martin, *Revue critique* (supra adn. 1) p. 410 sq., Ricardus Hoche in praefatione ad Autolycum p. II.

etiam nativo sermone edidit Conradus Rauchfuss Argentorati anno MDLXXII. Titulus libelli, cuius item pauca admodum exempla exstant, hic est:

Sphaericae doctrinae propositiones graecae et latinae:  
nunc primum per M. Cunradum Dasypodium in lucem  
editae.

Priorem huius voluminis partem propositiones ex Theodosii libris σφαιρικῶν, περὶ οἰκήσεων, περὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν excerptae occupant. Sequuntur Autolyci propositiones his sub titulis: ΑΥΤΟΛΥΚΟΥ περὶ κινούμενης σφαιρᾶς βιβλίον ἐν (p. 36—40), tum ΑΥΤΟΛΥΚΟΥ περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων πρῶτον (p. 40—44), itemque τὸ δεύτερον (p. 44—50).

Paucis post mensibus, quam Dasypodius haec in publicum emiserat, propositiones librorum de ortibus occasibusque in sermonem Francogallicum conversas edidit Forcadel de Beziers, vir mathematicus, Parisiis anno MDLXXII<sup>19)</sup>.

Ex eadem Dasypodii editione vir quidam et Graeca et mathematica doctus saeculo XVIII descriptsit omnes quas diximus Theodosii Autolyceique propositiones. Quod apographum extrema folia occupat eius codicis, quem nunc possidet Franciscus Eyssenhardt; atque eae quidem paginae, quibus Autolyci fragmenta continentur, separatim numeris 1—9, tum rursus eae, quibus Theodosiana descripta sunt, numeris 1—18 notatae sunt. Edidit autem ipse possessor ex hoc apographo, Dasypodii editionis ignarus, in Fleckeiseni annalibus<sup>20)</sup> Theodosii de habitationibus et de diebus ac noctibus propositiones, tum ad Autolycum

19) Scripsimus haec secundum Martinum l. c. p. 411, librum ipsum non vidimus.

20) *Jahrbücher für classische Philologie* (Leipzig, Teubner) 1868 p. 243 sqq.

variam scripturam indidem enotavit Ricardus Hoche in libello, quem statim citaturi sumus. Scriba igitur litteratus ille de quo diximus Dasypodii paginarum numeros in suum apographum transtulit, textum accuratissime, omissis tamen accentibus, adspiratione, iota subscriptis, repetivit, errores quosdam Dasypodii manifestos, velut δύσηται vel indicativi formam παραγίγνηται, in describendo correxit, praeterea autem nihil neque conjectura sua neque vero ullo ex libro manu scripto supplevit. Id quod singillatim perscrutari licuit mihi per Eyssenhardtii benvolentiam, qui codicem suum exutiendum mihi misit anno MDCCCLXXXIII.

Plenos Autolyci libros in Latinum sermonem conversos Romae edidit Iosephus Auria, ac librum quidem de sphaera anno MDLXXXVII, eos autem qui sunt de ortibus et occasibus anno insequenti, his sub titulis:

Autolyci de sphaera quae movetur liber. Scholiis antiquis, et figuris illustratus: de Vaticana Bibliotheca depromptus. Iosepho Auria Neapol. interprete.

Autolyci de vario ortu et occasu astrorum inerrantium libri duo. Nunc primum de Graeca lingua in Latinam conversi: Scholiis antiquis et figuris illustrati, de Vaticana Bibliotheca deprompti. Iosepho Auria Neapolitano interprete.

His libris editis egregiam ac vix unquam satis laudandam operam praestitit vir doctissimus ac diligentissimus, qui nisi Graecum contextum omisisset (quem quidem separatim edere animum induxerat), omnibus virorum litteratorum desideriis longum in tempus satisfecisset. Quod autem editoris fuerit consilium quibusque usus sit subsidiis, ipsum audiamus exponentem. Primum in praefatione ad librum de sphaera INTERPRES LECTORI S. D. his verbis:

In Autolyco, et Theodosio id a nobis susceptum est laboris. Principio, Graecum exemplar nostrum manuscriptum cum omnibus exemplaribus graecis manuscriptis, antiquissimis illis quidem quinque, quae asservantur in Vaticana Bibliotheca, quorum mihi copiam meo arbitratu semper fecit humannissimus vir Federicus Reinaldus, Vaticanae custos, diligentissime contuli. Scholia omnia, veluti Apes summos flores, ex illis, in quibus sparsim essent posita, decerpsimus, et in nostram Autolyci, et Theodosii versionem transtulimus. Quamquam aliqua sint fortasse, quae aliena prorsus videantur, tamen nos in hoc peccare maluimus, quam committere, ut diligentia nostra desiderari possit, si quid fuisset praetermissum: Omnia (ut videre licebit) suis apte locis collocanda curavimus.

Atque idem paulo post, de Maurolyci editione, quam ille ex Arabico fonte haustam nobis tradiderit, disserens:

Ut autem nihil omitteremus, Maurolyci harum trium (ut dixi) Propositionum una cum eiusdem scholiis versionem quoque addere voluimus: Ceterum, figuras magna ex parte mutavimus; Quid nos praestiterimus, cum graeca horum librorum exemplaria edemus, omnes intelligent.

Tum in praefatione ad libros de ortibus occasibusque  
INTERPRES LECTORI S. dicit his verbis:

Quanta ardeam cupiditate, et adiuuandi et illustrandi hoc genus disciplinae quae *μάθησις*, seu *μάθημα* graeco nomine appellatur, quae ve ad primum mobile spectat, vel ex editione Autolyci de sphaera, quae mouetur, et Theodosij de Habitationibus anno superiore potuisti, Lector, intelligere: in quorum librorum editione cum multos in hoc genere auctores etiam ad scientiam primi mobilis pertinentes, breui me in lucem emissurum, pollicitus essem, faciendum existimauit, vt Autolyci de vario ortu, et occasu inerrantium astrorum libri duo subsequerentur: in quorum librorum editione, si nihil aliud praeterea consequemur, illud certe mihi omnium gratiam, credo, conciliabit, quod Auctores antiquissimos, praestantissimosque in hoc genere, è tenebris, in quibus tot annos, nescio quo fato, misere iacuerunt, vindicare sim conatus. Diligentia eadem in his, atque in ceteris iam editis, adhibita est: Nam graecum exemplar nostrum manu scriptum, cum

quinque vaticanis exemplaribus graecis item, & manuscriptis à nobis collatum est: ex quibus quidem scholia omnia, quaecunque sparsim in illis essent, a nobis & decerpta, & latine facta, in singulas propositiones videbis annotata, et addita. Locos autem ad scientiam demonstrandam, quoniam in graecis codicibus nusquam erant, vel ex Euclidis Phaenomenis, vel Theodosij τῶν<sup>21)</sup> σφαιρικῶν libris, vel aliis antiquissimis graecis auctoribus, ut videre licebit, desumpsimus: in margineque posuimus: His tu, Lector, fruere, dum Euclidis Phaenomena, et Theodosii περὶ νῦντῶν, καὶ<sup>22)</sup> ἡμερῶν libros duos vere aureos, ad primum etiam motum, quem νυχθήμερον graeci appellant, pertinentes, breui tempore excudendos curabimus. Caetera, si his delectabere, et maiora, vt spero, in dies sequentur. Absoluta enim hac doctrina primi mobilis, ad Theonis commentaria in Ptolemaei τὴν μεγάλην σύνταξιν de graeca in latinam linguam vertenda animus se ipse convertet.

Sequuntur alia de Maurolyci scriptis, cuius ex cosmographiae dialogo nonnulla citantur. Sed ut ad propositum redeamus, praeter haec quae statim laudavimus, quam bene Auria meritus sit de Autolyco, omnes paene nostrae editionis paginae plane ostendunt.

Ut supra iam diximus, post Auriae aetatem tria fere saecula praeterierunt, quibus nihil quod ad Autolycum spectaret in lucem emissum est. Tandem anno MDCCCLXXVII in programmate Iohannei Hamburgensis

ΑΤΤΟΛΤΚΟΤ ΠΕΡΙ ΚΙΝΟΤΜΕΝΗΣ ΣΦΑΙΡΑΣ ΚΑΙ  
ΠΕΡΙ ΕΠΙΤΟΛΩΝ ΚΑΙ ΔΤΣΕΩΝ. AVTOLYCI DE  
SPHAERA QVAE MOVETVR ET DE ORTV ET OC-  
CASV LIBRI. RECENSIVIT RICARDVS HOCHE.

Quamquam non plenos Autolyci libros, sed propositiones tantum, ut olim Dasypodium, expressit Hochius, tamen eam ob causam merito laudandus est, quod primus

21) τῶν sine accentu expressum est apud Auriam.

22) καὶ cum accentu acuto Auria.

ad codicum veterum duorum auctoritatem, Hamburgensis et Monacensis, verba Graeci scriptoris exegit. Censuram huius libelli Martinus egit eo loco quem initio citavimus p. 409—416.

Arabicae Autolyci librorum versiones exstant nonnullae de quibus agunt Harlesius in Fabricii Bibliothecae Gr. vol. IV p. 17 sq., I. G. Wenrich, *De auctorum Graecorum versionibus et commentariis Syriacis Arabicis cet.*, Lipsiae 1842, p. 208 sq.<sup>23)</sup>, F. Wüstenfeld, *Die Übersetzungen arabischer Werke in das Lateinische, Abhandl. der K. Gesellsch. der Wissensch. zu Göttingen*, vol. XX, anni 1877 actorum mensibus Maio et Iulio p. 65, Maur. Cantor, *Vorlesungen über Geschichte der Mathematik I* p. 603. Gotha in biblioteca ducali complures saeculi noni codices servari, qui Autolyci, Theodosii aliorumque astronomorum versiones Arabicas contineant, et ex his quidem nonnullos a Wenrichio nondum citatos esse Guilelmus Pertsch litteris Gotha a. 1876 missis humanissime mecum communicavit.

Restat ut de libris manu scriptis, quos ipsi excussimus, pauca addamus. Ac Vaticanum quidem unum, ut iam dictum est, Romae descriptsimus, alias Parisinos plures illa in urbe contulimus, denique etiam Florentiae in libro Laurentiano Autolycea quaedam invenimus. Nostro in domicilio versavimus codices Monacensem et Hamburgensem, quod ut per tantum temporis spatium, quantum opus esset, facere nobis liceret, Georgii Laubmanni et

---

23) Locus hic est, ut Wenrichii testimonium de commentariis in Euclidem iniuria Autolyco tributis, qua de re iam supra (p. V) Martinum citavimus, verbo tenuis afferamus: Autolyci nomine, inquit Wenrichius p. 209, a Mohammedi ben Ishak laudantur praeterea commentarii in Euclidis Elementa, Aristotelisque Categories, quorum tamen librorum neque veterum quisquam, neque Fabricius Harlesiusque mentionem iniciunt.

Francisci Eyssenhardtii, virorum praeclarissimorum, huminitate contigit ac benevolentia.

Sequitur codicum conspectus:

A = Vaticanus Graecus 191 membraneus, saeculi XIV, partim etiam XV, continet fol. 64—70 libros περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων, tum fol. 72—74 librum περὶ κινουμένης σφαίρας. Medium inter haec Autolycea locum occupat Hypsiclis ἀναφορικός<sup>24)</sup>.

B = Parisinus Graecus 2390, bombycinus, saeculo XIII ineunte, ut videtur, exaratus, continet fol. 261—264 librum περὶ κινουμένης σφαίρας.

C = Parisinus Gr. 2342, chartaceus, saeculi XIV, continet fol. 129<sup>v</sup>—131<sup>r</sup> librum περὶ σφαίρας, fol. 150<sup>v</sup>—154<sup>v</sup> libros περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων. In margine praeter figuras plurima scholia partim minio, partim atramento, eaque omnia minimis litterarum ductibus, qui non nullis locis paene evanuerunt, adscripta sunt. Quae cuncta in ordinem redegitimus ac suo quodque loco cum iis scholiis, quae in aliis codicibus exstant, in hanc nostram editionem recepimus.

D = Monacensis Gr. 301, chartaceus, ab Andr. Darmario saeculo XVI scriptus, continet fol. 53—75 librum περὶ σφαίρας.

E = Hamburgensis math. gr. V fol., chartaceus, saeculi XVII, continet pag. 5—28 librum περὶ σφαίρας, pag. 29—89 libros περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων. Breviora scholia ad suum quodque locum in margine, alia longiora ad librum de sphaera post singulas propositiones, ad libros de ortibus occasibusque uno tenore pag. 91—102 adscripta sunt.

24) Conspectum omnium auctorum et librorum mathematicorum, qui hoc amplissimo codice plurium scribarum manibus exarato continentur, praebet Gustavus Parthey in annalibus academiae Berolinensis (*Monatsberichte* etc.) 1863 p. 374 sqq.

Praeterea de paucis quibusdam locis inspeximus codices Parisinos Graecos, saeculo XIV exaratos, 2364 chartaceum, 2448 bombycinum, 2472 chartaceum.

Codex Laurentianus plut. XXVIII, 14, folio 301 sub titulo *αὐτολύκου περὶ ἐπιτολῶν ἀστέρων* continet libri primi de ortibus occasibusque definitiones inde a verbis *Tῶν ἀπλανῶν* usque ad *ἐσχάτως φανῆ δῦνον*. Qui pagina nostrae editionis 48, 7 cum reliquis codicibus consentit in *Tῶν δὲ ἀληθινῶν*, nec praeterea habet fere quae differant ab illis (nisi quod pronomen indefinitum *τί* sic cum accentu acuto et femininum *ξῶα* sic cum circumflexo exarata sunt).

Non alienum videtur breviter hoc loco commemorare *λῶτα* quod vocant subscriptum in codice A plerumque, in BC semper omissum esse. In iisdem libris, ac passim etiam in aliis, litteris *i* et *v* bina puncta, ut formae existant *i* et *ü*, superscribi solent.

Siglis codicum quae modo praescripsimus accedunt notae librorum, quos supra commemoravimus, editorum ab his: *Au* = Auria, *Da* = Dasypodio, *Ho* = Hochio, *Mau* = Maurolyco, *Va* = Valla, denique *Hu* = hoc editore.

Litterula<sup>s</sup> notae codicis paucis locis adiecta significat dubitationem de scriptura quae silentio tantum, ut aiunt, nititur.

Uncinis his [ ] ea seclusa sunt quae aliena esse videbantur ab ipsius scriptoris contextu; contra his angulatis <> illa significavimus quae in codicibus quidem omissa, sed ab editoribus probabili coniectura addita sunt. Parentheseos notae vulgares ( ) ad sensum verborum spectant, non ad rem criticam.

Sequitur scripturae varietas e codicibus excerpta, primum in ipsos Autolyci libros, tum in scholia. Numeri sunt paginarum et versuum huius editionis.

## ADNOTATIO IN AUTOLYCI LIBROS.

2, 1. ἀυτολύκου Α, αὐτολύκ<sup>8</sup> Β. 2. κινουμέν<sup>ης</sup> Β. σφαῖρας D, σφαῖρας βιβλίον ἐν *Da*. 3. Ὁροι add. *Da*. 4. Ἀ B in marg., α' E in marg., ᾧ *Da*, om. ACD. ad Ὁμαλῶς super versum addit ἴστοταχέως Paris. Graec. 2448. δῖα et ead. m. superscr. ταν B, δῖαν AD, δῖα CEDA. 5. ἵσα τε ΑΒ, ἵσα (omisso τε) C, ἵσα τὲ D, ἵσα τε E. ᾧ BCD Da, ᾧ A, om. E *Mau* (et aequales magnitudines et etiam similes *Au*). διεξέρχεται et superscr. ηται B. 6. β' E, in marg. *Da*, om. ABCD. φερόμενον τί A, φερόμενον τὸ B. 7. δίο A. 9. διεξῆλθε BCD. 11. Προτάσεις add. *Da*. 12. ᾧ C in marg., ᾧ D in marg., Α' E, om. AB. στρέφεται ΑΒ. 14. δῖα μὴ ἔστιν ἐπὶ τοῦ ἀξονος] praeter polos *Mau*. μὴ ἔστιν CDE. 15. σφαῖρα D.

4, 1. τὰ αβ̄ ΑΒ, distinx. CDE. 2. ἔ\*αυτής, eraso ω, A. 4. μὴ ἔστιν DE. 6. τῇ σφαῖρα Α, τῇ σφαῖρα D. 9. σφαῖρας D, et sic passim infra, itemque in dativo σφαῖρα vel σφαῖρα. 11. τῶν αβ̄ ΑΒΔ, distinx. CE. δῆ] τὴν E. 12. τὸ αγβ̄ BCDEAu, τὸ αβ̄ A. 16. πασαν sine acc. A. τοῦ αγβ̄ BCDEAu, τοῦ αγ̄ A. 17. τῇ αβ̄ εὐθεῖα A, τῇ αβ̄ εὐθεῖα D. 18. τῇ σφαῖρα Α, τῇ σφαῖρα D. 19. οὖσα om. C. 20. 21. verba διὰ τὸ καὶ τὴν ΓΔ αἰεὶ διαμένειν τῇ ΑΒ πρὸς δρθάς tolerari possent, si abisset καί, sic enim repeteretur hypothesis quae paulo supra (vs. 15—17) posita est; at ille qui haec verba, addito καί, repetivit alienum quid inculcasse videtur. 20. ἀεὶ ABCΕ, ἀεὶ D. 21. δῖτι τὰ αβ̄ ΑΒ, distinx. CDE. 26. μὴ ἔστιν E. 27. τῷ ᾧ β̄ D. πόλους om. B.

6, 1. οἱ δὲ Α pr. m. εχ ὁ δὲ. 2. σφαῖρα κύκλοι παράλληλοι εἰσὶν D. 3. μὴ ἔστιν D. 5. ἔτι] δῖτι D. 7. β̄ A in marg., β̄ B in marg., β̄ C in marg., β̄ D in marg., β̄ E. 9. 10. διέρχεται D, praeteribunt *Va Mau*, percurrent *Au*. 10. κύκλων om. *Da*. 13. τὰ αβ̄ ΑΒ, distinx. CDE. 16. τὰ γδ̄ ΑΒ, distinx. CDE. 17. γδ̄ ΑΒ. 21. γὰρ om. D. 22. τὰ γδ̄ ΑΒ. οἱ δὲ γε δζ̄ E. 23. διὰ τῆς αβγ̄ ἐπίπεδον CE. δῆ] δὲ τὸ αγβ̄ ήμικύκλιον D.

8. 1. ἔξερχέσθω E. τὸ ἄγ | δβ A. 1—3. καὶ ἐν τῇ περιφορᾷ τῆς σφαιρᾶς μετακεκινήθω τὸ ΑΓΔΒ ἡμικύκλιον om. C. 2. τὸ ἄγ | δβ A. 4. εἰδί C. 6. οἱ ἄγ δβ AB, οἱ τέ δβ C, corr. DE. δμοία B. ἄρα ἔστιν A. 7. 8. τό, τε γημεῖον D. 8. ἐπὶ τὸ E] ἐπὶ τὸ η E. 9. εἰ ἀδύνατον E. 10. παραγιγνέσθω] ἔρχέσθω D. 12. 13. τὸ ἄγ δβ A. 13. ὡς τὴν αεηβ AB, ὡς τὴν αεηβ CDE, virgulam notae B adscriptisit Hu (forsitan in codice antiquiore olim scriptum fuerit B, unde in codice A mansit litterae β forma similis μ). 14. τῶν αεζβ AB. αεηβ A, αεηβ BCDE, virgulam notae B adscriptisit Hu. 15. ἐπὶ τὸ B' Hu, ἐπὶ τὸ Ε' ABCDE, 'ad punctum E' Au. 16. ἔστιν τῆς D, sed ν expunctum. 17. 18. τό, τε γη ἐπὶ τὸ Ε' παραγίνεται D. 19. δμοίως δὲ D. 20. οὐδ' E. ἐπ' ἄλλό τι ABCD, corr. E. 22—25. μὴ ἔρχέσθω δὲ τὸ αγβ ἡμικυκλίω (sic) διὰ τοῦ δ ὡς ἔχει ἐπὶ τῆς β' καταγραφῆς D. 23. διὰ τῶν αγβ ABE, distinx. C (de D vide priorem adnot.). 25. δευτέρας] β' C, β' D (ut iam supra adnotatum est). 26 sq. circulus θδζ parallelus, in quo θ punctum feratur Au (nisi quod Latinas notas H D F habet pro θ δ ζ).

10. 1. δ ΔΘΖ] δ θδζ E Au (conf. priorem adnot.). post τῇ ΓΕ add. D compendium vocis περιφερείας. 2. δμοία ή θη et similiter paulo post τῇ δζ περιφερείᾳ E secundum notas geometricas figurae, quae est in codice, adscriptas; illic enim θ occupat locum notae δ in nostra figura (p. 8) et vice versa δ locum ipsius θ; easdem notas in codice suo legisse videtur Au, sed tamen figura eius diversa est a notatione codicis E, nostrae autem notationi congrua. 2. 3. περιφερείᾳ ἔστιν δμοία καὶ ή ΔΗ ἄρα τῇ ΘΖ om. B. 3. καὶ ή θη ἄρα E; idem in suo codice legisse videtur Au (conf. adnot. ad vs. 2). τῇ θζ (ante ἔστιν δμοία) CD, θζ (omisso τῇ) E, τῇ εζ A, ipsi DF (id est τῇ δζ) Au. ἔστιν A. 4. καὶ εἰδί BCD. 4—9. Quare circumferentia θη aequalis est circumferentiae δζ: aequali igitur tempore punctum θ ad η veniet, atque δ ad ζ accedet: sed quo tempore punctum δ ad ζ pervenit, eodem tempore punctum γ ad ε accedit: aequali igitur tempore punctum γ ad ε, et θ ad η perveniet Au (nisi quod Latinas notas C pro γ, E pro ε et similiter ceteras habet). 4. ἄρα ἔστιν A, ἄρα ἔστι C. 4.5. ή θη γα τῇ δζ περιφερείᾳ E (conf. ad vs. 2 et 3),

similiter *Au* (ut modo adnotatum est). 5 — 7. ἐν ἵψῃ ἄρα χρόνῳ τὸ θ̄ ἐπὶ τὸ η̄ — καὶ τὸ δ̄ ἐπὶ τὸ ζ̄. ἐν ἵψῃ δὲ χρόνῳ τὸ δ̄ ἐπὶ τὸ ζ̄ παραγίγνεται E (perinde igitur ac supra θ et δ inter se permutavit). 6. παραγίγνεται D (sed paulo post bis παραγίγνεται). 8. χρόνῳ τότε γ̄ D. 9. καὶ τὸ θ̄ ἐπὶ τὸ η̄ E (conf. ad vs. 5—7). 10. Γ̄ A in marg., Φ̄ B in marg., Γ̄ C in marg., Γ̄ D in marg., Γ̄ E, ἀντίστροφον praeterea addit C in marg. 11. διεξέρχεται] transmittent *Va Mau*, praeteribunt *Au* (iidem interpretes aliis quoque locis futura tempora verborum pro praesentibus suo arbitrio ponere, vel etiam praesentia pro futuris — velut infra p. 12, 11—13, p. 14, 19 — praeferre solent). 12. σημεῖα τινὰ ABCDE Da. 13. δμοῖαι εἰς AD, δμοιάι εἰς BDa. 14. πόλοι δὲ τὰ αβ̄ AB, distinx. CDE. 16. τὰ γδ̄ AB, distinx. CDE, item vs. 17. 18. τότε γ̄ σημεῖον D. 18. 19. διαπορεύεσθω usque ad περιφέρειαν om. C. 20. δμοιά ἔστιν A. 21. μή ἔστιν E. 22. τότε γ̄ D, item vs. 24. 23. τὴν γ̄ διαπορεύεται περιφέρειαν E.

12. 1. 2. χρόνῳ τότε δ̄ D. 2. post τὴν ΔΗ add. B τῇ ΔΖ, sed ea expunxit prima manus. καὶ εἰς CD, καὶ εἰς E. 3. ἄρα ἔστιν A, ἄρα ἔστιν B. 4. ὅπέρ ἔστιν ACD. 5. δμοιά ἔστιν A, δμοιά ἔστιν B. 6. οὐδὲ ἄλλῃ E. ἄρα ἔστιν AB. 7. τῇ ΔΖ] τῇ δΖ περιφερείᾳ D, τῇ δΖ Ζ̄ E. 8. Δ A in marg., Δ̄ B in marg., δ̄ C in marg., Δ' D in marg., idem E tituli instar. 11. οὐδὲν τῶν BCDE, οὐδὲν τὸν enotavi ex A. 11—13. superficiei sphærae punctum nullum occidit, nullum oritur *Va*, nullum punctum superficiei sphærae oritur, nullum occidit *Mau* (liberius Graeca verba interpretantes). 12. σημεῖον D, σημεῖων (sic) Da. 13. ad verba ἄλλὰ τὰ μὲν cet. D in marg. adnotat α. ἀεὶ ἔστι ABCE, φεὶ ἔστι D. 14. ἀεὶ ἔστιν ABCE, φεὶ ἔστιν D. semper occultantur *Va Mau*, semper occulta sunt astra *Au*. 15. μέγιστος add. Hu. 17. τότε E. 20. ἐπὶ τῆς om. B.

14. 2. παράλληλος interpolatori tribuit *Hu*; nam circulum γδ̄ horizonti parallelum esse in proximis demum demonstratur. 3. κύκλος in contextu omissum in margine add. D. 4. ὅρθας ἔστι BC, ὅρθας ἔστι D, ὅρθας ἔστι E. 6. συμβάλλει et minio superser. συμπίπτει C, συμβαλεῖ et in marg. pr. manu συμπίπτει E. 7. ὅπέρ ἔστιν ABCD. ἔστι γὰρ BCDE. 9. ή ante

ἀνατελεῖ in D minus distincte scriptum est. 13. 14. ἔστιν ἐν τῷ φανερῷ] in ipso apparenti sunt *Va*, erunt in apparente *Au*, immo ἔστιν φανερά *Hu*. 14. 15. ἔστιν ἐν τῷ ἀφανεῖ] in non apparenti *Va*, erunt in occulto *Au*, ἔστιν ἀφανῆ *E*. 16. εἴ *A* in marg., εἴ *B* in marg., Ε̄ *C* in marg., Σ̄ *D* in marg., Ε̄ *E*. 17. τότε pro τό τε *E*, et sic passim posthac. 17. 18. ad verba πάντα τὰ ἐπὶ cet. *D* in marg. adnotat β̄ (conf. ad p. 12, 13). 19. καὶ δύσται καὶ ἀνατέλλει *Da*, et occidunt et oriuntur *Va* *Mau*. ἵστος *BE*. 20. ἐνεχθήσται] vertuntur *Va*, morantur *Mau*. 22. Ο γὰρ διὰ τῶν CE. 23. ὁ ABΓ] ὁ αβ̄ *A*, ABC (id est ABΓ) *Va Au*. 26. σημεῖα BD<sup>s</sup>, σημεῖον *A*, om. CE. occidere et oriri *Va*, et orientur et occident *Au*. δύνει] δυνάμει (sic) *D*.

16, 1. 2. τι σημεῖον — τὸ Δ] punctum aliquod C *Au* (hoc igitur loco in Graecis Γ legit, in reliqua autem demonstratione easdem notas habet ac Graeci codices), punctum — d *Va*. 3. ὁ βδ̄ γε AB, coniunx. CDE. 4. ad verba δταν μὲν cet. *D* in marg. adnotat γ̄ (conf. ad p. 12, 13. 14, 17 sq.). 5. δύνα-  
σθαι *D*. 6. τὸν βγ̄ δε *A*, τὸν βγδε BCD *Va*, τὸν βεγδ *E*, corr. *Hu* auctore *Au*. 7. δίχα τὲ ABCD. καὶ πρὸς δρθάς om. ABCD *Va Au*, πρὸς δρθάς om. *E*, corr. *Hu*. 8. ἄρα ἔστιν AB. 9. αἱεὶ ABCD, δεὶ *E*. 11. ἵστος ABE, corr. CD. 16. ἵστος AE, corr. BCD. 19. σ̄ *A* in marg., Σ̄ *B* in marg., Σ̄ *CD* in marg., σ̄' *E*, ad eandem propos. *D* in marg. praeterea adnotat δ̄ (conf. modo ad vs. 4). 21. ἐφάπτεται *E*, ἐφάψηται *Da*. 23. αἱεὶ ABCD, καὶ *E*, δεὶ *Da*. 24. αἱεὶ ABCD, δεὶ *EDa*.

18, 1. μένων κύκλος μέγιστος *E*. 2. τὸ τὲ *A*. 4. ἐφ-  
άπτεται *E*, sēd ψεται corr. prima m. in marg. 5. αἱεὶ AB  
CD, δεὶ *E*, item proximo versu. 7. 8. ἔστω γὰρ ὁ φανερὸς πόλος τῆς σφαίρας δ̄ δ. καὶ διὰ τῶν τοῦ αβγ̄ κύκλου πόλων καὶ τοῦ δ̄ μέγιστος cet. *D*. 8. τοῦ ABΓ κύκλου] τοῦ αβγ̄ *C*. 10.  
11. διαστήματι δὲ τῷ δα κύκλος γεγράφθω δ̄ αηζ̄ *D*. 12. ad  
verba διαστήματι δὲ τῷ ΕΓ̄ cet. *D* in marg. adnotat ε̄ (conf.  
ad p. 12, 13. 14, 17 sq. 16, 4 et 19). γεγράφθω δ̄ γκθ̄ *B*. 13.  
τῷ γθ̄ κύκλῳ BC, item A (nisi quod nihil adnotatum est, utrum  
τῷ an τῷ, κύκλῳ an κύκλῳ habeat), idem legit *Va*, corr. DE  
*Au*. 13. 14. ἵστος τὲ *A*, ἵστος τὲ *B*. 14. παράλληλος ἔστι *B*,

παράλληλος ἔστι CD. 14. 15. τῶν αζη γκθ B (conf. supra ad vs. 12).

20. 1. αἰεὶ ἔστι BCD, αἰεὶ ἔστι A, ἀεὶ ἔστι E. 1. 2. αἰεὶ ἔστιν ABC, ἀεὶ ἔστιν E, αἰεὶ, omisso ἔστιν, D. 3. μὴ ἔστιν AC, μὴ ἔστιν BDE. ἀεὶ E. 5. συμβαλέτω D. 6. ἐπεὶ] καὶ ἐπεὶ D. 7. τῶν (ante ἐν τῇ σφαίρᾳ) om. D in contextu, sed add. prima m. in marg. 8. δίχα τὲ ABCD. 9. τέμνει D. ἄρα ἔστιν AB. 13. 14. ἐπὶ διαμέτρου τῆς αγ bis scripta sunt in E; sequitur σημεῖα, sed id expunctum. 15. ἐφέστηκε BCD. 19. 20. τέμνεται καὶ κατὰ τὸ δ E. 23. ἐλαχίστη ABCDE, sed A χιτ partim in rasura. ἔστιν πασῶν E. ἀπὸ τοῦ Δ] ab d Va, a polo D Au. 25. εὐθείας (post ΔΛ) om. D. ad verba ἀλλὰ καὶ ἵση cet. D in marg. adnotat ζ (conf. ad p. 18, 12 cet.). 26. γάρ ἔστι BCD.

22. 2. οὐδέ] οὐδὲν E. 3. ὁ μὲν ἄρα αηζ κύκλος D. αἰεὶ ἔστιν A, αἰεὶ ἔστι BC, ἀεὶ ἔστι D, ἀεὶ ἔστιν E. 4. ὁ δὲ γθα D. αἰεὶ ἔστιν AB<sup>s</sup>C, ἀεὶ ἔστιν D, ἀεὶ ἔστιν E. 5. ζ A in marg., ζ B in marg., ζ C in marg., ζ D in marg., Z E. Ἐὰν δρίζων, omisso δ, B. Ἐὰν ὁ δρίζων ἐν τῇ σφαίρᾳ κύκλος] Si circulus in sphaera fixus Mau. ἐν τῇ σφαίρᾳ] τῇ σφαίρᾳ, omisso ἐν, D. 5. 6. τό τε φανερὸν καὶ τὸ ἀφανὲς τῆς σφαίρας D, item Da (nisi quod τότε, ut reliquis quoque locis, pro τό τε). 8. ἀεὶ E. 9. ποιούνται] faciunt Va Mau, facient Au. 10. ἔσονται ABCDE Da, erunt Au, εἰδι Hu auctore Va (qui interpretatur *similiter inclinantur verguntque ad horizontem*, quae, omisso *verguntque*, repetit Mau). κεκλιμένος D. 13. 14. ὁ ΑΒΔΓ Hu, ὁ αη βδ A, ὁ αηβδη BCDE, ὁ αβγη legisse videtur Au, agb.dhc Va. 16—18. ἔστωσαν οἱ αβγδ—ὅτι οἱ αβγδ B. 16. 17. ἔστωσαν οἱ ΑΒ ΓΔ] pro ΓΔ Au suo arbitrio posuit EF, id est EZ, atque item posthac. 18. 19. κατὰ αὐτὰ, omisso τὰ, B. 19. ἀεὶ E. 21. 22. καὶ διὰ μὲν τῶν Δ B usque ad τὰ δύσεις interpolatori tribuit Hu. διὰ μὲν τῶν δβ σημείων τὰς ἀνατολὰς ποιούντων scholii instar adscripta sunt in marg. Paris. 2472 fol. 47<sup>r</sup>. 21. τῶν δβ AB, distinx. CDE. 22. τῶν αγ ABCD, distinx. E. 24. τοῦ E] videlicet in puncto H (id est θ) Au. 26. τὸ Z] punctum R Au, qui similiter etiam in proximis notas geometricas suo arbitrio posuit. 26. 27. τοῦ αβ γδ AB, τοῦ αβγδ CE, τοῦ αηβδη D, corr. Hu.

24. 1. ἐπεζεύχθωσαν οἱ (sic)  $\bar{\eta}\theta\cdot\bar{\zeta}\epsilon\cdot\bar{\zeta}\beta$  E. ἐπει] καὶ ἐπει  
D. 3. τὸ αβγδ AE, τὸν αβγδ BC, corr. D. 3. 4. δίχα τὲ  
ABCD. 4. ἄρα ἔστιν AB. 5. τοῦ αβγδ ABCDE, corr.  
*Hu.* 6. τὸν αβ γδ A, τὸν αβγδ BCDE, corr. *Hu.* 6. 7.  
τοῦ αβ γδ A, τοῦ αβγδ BCE, corr. D. 8. ἐφέστηκε BC.  
8. 9. τοῦ ηζθ D, et in marg. ηζθ repetit prima m. 9. τέτμη-  
ται] τέμνηται E. 10. περιφέρεια ἡ ήμίσεια· ἡ ΖΗ om. E.  
ἡ ήμίσεια ABCD, quam dimidia *Va Au*, interpolatori tribuit  
*Hu* (conf. p. 20, 20 sq. et Theod. sphaer. 3, 1). 11. ἔστι B  
CD, ∵. (ut passim aliis quoque locis) E. 12. τὸν αβ γδ A,  
τὸν αβγδ BCE, corr. D. 13. τῆς ζη τῆς ἀπώτερον ἐλάσσων  
ἔστιν C, τῆς ζη ἀπώτερον ἐλάσσων ∵.ν E, τῆς ζη ἐλάσσων ἔστι  
τῆς πορρώτερον D. ad verba ἐλάσσων ἄρα cet. D in marg.  
adnotat θ̄, et ad proximum statim versum ī (conf. ad p. 20, 25  
cet.). 14. δπέρ ἔστιν ἄτοπον C, δπέρ ἄτοπον, omissio ἔστιν, D.  
16. τὴν ἀνατολὴν ποιήσεται] orietur *Va*, ortum facit *Au*. διὰ  
δέ] καὶ διὰ E. 19. ad verba ὥστε οἱ AB ΓΔ cet. D in marg.  
adnotat κ̄ (conf. modo ad vs. 13 cet.). δεῖ E. 20. ποιούνται]  
facient *Au* (suo arbitrio, ut paulo supra facit pro ποιήσεται).

26. 1. λέγω δτι, omissio δη, E. εἰς κεκλιμένοι] erunt in-  
clinati *Au* (suo arbitrio). 1. 2. τὸν αβ γδ A, τὸν αβγδ BCE,  
τὸν αβ δγ D, corr. *Hu.* 3. αἱ αβγδ κμ λν C. ἐπει] καὶ  
ἐπει D. 3. 4. ὁ κύκλος ὁ ηζθ A, sed superscriptis notis β et  
α prima manus restituit rectam verborum collocationem. 4.  
τοὺς αβ γδ αγ δβ A, τοὺς αβ γδ (omissis reliquis) B, τοὺς αβ  
γδ αβ δγ CD, τοὺς αβ.γδ.αβδγ E, corr. *Hu.* 5. ὁ ΗΖΘ] ὁ  
αζθ E. 6. 7. τῶν αβ γδ αβ δγ AD (nisi quod D puncta post  
αβ et γδ addit, et lineolam super δγ omittit), τῶν αβ.γδ.αβγδ  
B, τῶν αβγδ αβ δγ C, corr. E. 7. ὥστε καὶ ἔκάτερος τῶν AB  
ΑΒΔΓ om. D extremo fol. 65 recto. ἔκάτερος τῶν αβ γδ αβ  
δγ A *Va*, ἔκάτερος τῶν αβ.γδ.αβγδ B, ἔκάτερος τῶν αβ γδ CE  
(nisi quod E αβγδ coniungit), ἔκάτερος τῶν αβ.γδ.αβδγ Paris.  
*Graec.* 2364 fol. 91v, in quo pallidiore atramento ad marginem  
adscriptum est ἔκαστος (sic), unusquisque circulus BG EF et  
ABCG (id est αβ γδ ηαθβ) *Au*, corr. *Hu.* 8. κύκλων AB  
Paris. 2364, ☉ C (ut passim aliis quoque locis), κύκλος E, cir-

culus *Au.* ἔστι BCD. τὸν ΗΖΘ] τὸν ηζθ κύκλον D. 8. 9. ή κοινή ἄρα αὐτῶν τομὴ C. 9. τῶν αβ·γδ βά A, τῶν αβ·γδ, βά D, τῶν αβγδ·βα E, corr. BC. ή AB (ante δρθή) om. D. ἔστι BCDE. 11. ἀπτομένας αὐτῆς καὶ οὕς ας ἐν τῷ D. ἐν τῷ ηζθκ ἐπιπέδῳ C, ἐν τῷ ηζθ ἐπιπέδῳ E, ἐν τῷ τοῦ ηζθ κύκλου ἐπιπέδῳ D. 12. δὲ] δὴ D. ἑκάτερα D. 13. τοῦ ηζθ κύκλου D (et pro κύκλου quidem κῦ cum compendio ou sub ü). ad verba ή AB ἄρα cet. D in marg. adnotat λ (conf. ad p. 24, 13 cet.).

28. 1. ή ύπὸ κμθ, omisso τῶν, D. κλίσις ἔστιν A. 2. τὸν αβ γδ A, τὸν αβγδ BCE, corr. D (nisi quod αβ δγ distinxit). 3. ή ύπὸ λνθ, omisso τῶν, D. ἔστιν ή κλίσις] ή κλίσις ἔστιν D. 4. τὸν αβ γδ A, τὸν αβγδ BCE, corr. D (recte etiam notas geometricas coniungens). 5. τὰ αβγδ B. 6. τοῦ ζθ AC\*, τοῦ ηζθ BDE. 7. παράλληλοι εἰσίν ABD, οι' εἰσίν E (accentus ad οι adiectus compendium scripturae significat). 8. ή ύπὸ κμν, omisso τῶν, D. τῇ ύπὸ λνθ γωνίᾳ D. 9. ή μὲν ύπὸ κμν γωνίᾳ D. ήν ABCE, ἐν ή D. 10. τὸν αβ γδ A, τὸν αβγδ BCE, corr. D (nisi quod αβ δγ distinxit). 10. 11. ή δὲ ύπὸ λνθ D. 11. ήν] in hanc scripturam h. l. consentit etiam D. 12. τὸν αβ γδ A, τὸν αβγδ BCE, corr. D (nisi quod αβ δγ distinxit). οἱ αβγδ ἄρα BC. 13. τὸν αβ γδ A, τὸν αβγδ BCE, corr. D (recte etiam notas geometricas coniungens). κύκλον] horizontem *Au* (repetivit igitur eam scripturam quae p. 26, 2 in codicibus legitur). 14. ή A in marg., ή B in marg., η CD in marg., Η E. 16. ἐφαρμόσουσιν ABCD, convenient *Au*, ἐφαρμόζουσιν E, convenient *Va*, congruit *Mau*.

